

nunc verò non magis afferre, quod admodum ridiculum est. Nam Ethnici saniores, dictante ipsa ratione, sobriùs hac de re loquuti sunt. Et memorabilis est historia, quam de Furio Camillo Vale- Furii  
rius Maximus refert; Is enim legem tulit, ut qui Camilli  
ad senectutem cælibes pervenerant, certam æris lex  
summam, pœna nomine, ad ærarium publicum  
ferrent, additis his verbis; natura vobis, quemad-  
modum nascendi, ita gignendi legem scribit, pa-  
rentesq; vos alendo, nepotum nutriendorum de-  
bito alligaverunt. Et quia appetitum illum na-  
turalem, quem habet sexus ad sexum, nunc con-  
cupiscentia illa, quæ per peccatum accessit, magis  
accedit & inflamat, eò magis etiam nunc na-  
tura humana remedio opus habet, & propterea  
coniugium non solum procreationis, sed etiam re-  
mediu causâ, necessarium est, teste Paulo: Ad vi-  
tandum scortationem habeat unusquisq; uxori-  
suam. Hac perspicua sunt, & nulla sophistica  
labefactari possunt.

3. Ex primitivæ Ecclesiæ consuetu-  
ne. Quia autem piis mentibus gratum est, videre  
hac in re, etiam veræ Ecclesiæ consensum, nunc de  
eo etiam dicendum est. Et nota sunt exempla  
Apostolorum, qui in coniugio vixerunt. Paulus  
enim testatur, suo tempore multos ex fratribus  
habuisse & circumduxisse secum coniuges, i.  
Corinth.9. Nec extat ulla lex in primitiva Ec-

Apostoli  
in coniu-  
gio vixe-  
runt.